

ORDINATIONES
UNIVERSITATIS IPSI-
US SUNT VIDELICET.

Statutum, quod nullus sit fran-
cus de industria personae suae. L.

In primis, quum officia in terra nostra per vicari-
tuelinem exequantur, statuit, et ordinavit dicta
Universitas consensu Domini Supradicti, quod nul-
lus Iudex annualis, vel Camerarius ipsius Terrae
in apprecio ipsius terrae sit francus de industria
personae suae: Verum Syndicus ipsius Terrae
de persona sua tantum francus esse possit, qui-
a nihil habet aliud pro suo onere ab Universi-
tate praedicta.

De collectoribus recipienti-
bus grana decem pro uncia qua-
libet. Q.

Item statutum est, ut supra, quod collectores quorun-
cumque collectarum habeant pro fatigis eorum
a dicta Universitate grana decem per unciam
quamlibet, quam recolligent, et Syndico eorum tem-
poris assignabunt. Et quilibet Syndicus dicta

pecuniam. audiatur suis collectoribus in eorum compu-
tu rationis.

B. Statutum de modo tenendo, cum
Iusticiarius facit aliquod manda-
tum dictae Universitati

Item Statutum, et ordinatum est, ut semper quod
Iusticiarius regionis mitteret aliquod mandatu^m
dictae Universitati tam in solutione annalis
collectae, quam pro causis aliis quibuscumque, ha-
betur in colloquio cum dicto Domino, si fuerit praes-
ens, et in eius absentia cum suo locumtenente: mit-
tantur ad eum literae ipsorum Domini, vel locu-
tenentis, et duo prohi viri experti, et acti, qui sciant
bene loqui cum reverencia, et capiant ab eo termi-
num, quam plus poterint longiorem ad solvendu^m,
et ad exequendu^m ea, quae mandavit Iusticia-
rius supra dictus, ne non eundo ad eum fiat
hominibus ipsius Prae per praedictum Iusticia-
rium illud gravamen, quod ipsa Universitas pa-
tiebatur tempore retroacto.

A. Statutum de laborantibus posses-
siones exterorum, seu ementibus eo-
rum fructus.


Item Statutum, et ordinatum est, ut semper quod
siquis de Laurino, vel Casalibus emet fructus alic-
quaru^m

quarum possessionum hominum exterorum, ex-
 sistencium in Tra, vel territorio Laurini, vel la-
 borat terras exterorum ipsorum, solvat ratas col-
 lectarum dictorum exterorum in apprecio Lau-
 rini contingentium. Et hoc si dicti exteri non
 haberent procuratores eorum in dicta Terra; quod
 si habeant, ipsi procuratores teneantur ad sol-
 vendum collectas easdem. Et in casu, quo supra
 distinctum est, quo tenentur laboratores, intel-
 ligantur ipsi laboratores tenentes tantum ad
 id, ad quod tenentur patrono pro apprecio, seu
 terragio terrarum ipsarum, et pro eo, quod defe-
 rit, habeant recursum collectores ad patronos
 terrarum earundem. Et non obstante, quod colle-
 ctas non essent impositas, debeant terragia,
 et precursum fructum emptorum a dictis ex-
 teris servare, pro solutione dictarum colle-
 ctarum, et nihil dare patronis, nisi illud, quod
 superaverit. Et qui contra fecerint; si civis est,
 solvat de proprio; si exter, solvat, si capiantur
 animalia sua.

Statutum de inferentibus clamna
 accusandis inter quatuor dies a die
 noticie.

L.

Item statutum, et ordinatum est, ut semper quod
 quilibet in re sua, et quilibet procurator in re
 damni passus possit clamnum deintem accusa-



re infra dies quatuor dampnassi immediate sequen-
tes, vel quando ad suam noticiam pervenerit dictum
fuisse commissum damnum in antea numerandos,
aliter dans damnum ad poenam capitalarem, seu
contentam in capitulis minimè teneatur, nisi ad
emendam dampnificandam paciēti per curiam
cogi possit.

6. Statutum, qualiter syndicus te-
netur inter tempus ^{suum} recolligere omnem
residuum collectorum a collectoribus
Item statutum, et ordinatum est, ut supra; quod
quilibet syndicus ipsius Trae inter officii sui
tempus cogat collectores temporis sui ad sol-
vendum sibi syndicariorum nomine totam inte-
gram restam, quam dicti collectores dare de-
bent; aliter syndicus ipse dictas restas
dictae Universitati ad dandum de suo pro-
prio teneatur, nisi tamen rationabilem de-
monstraret, quod non possit recolligere.

Statutum, qualiter accusatus absol-
vitur, et accusans damnatur.

Item si aliquis in re aliqua accusatus poterit per
conveniētia iudicia, et verisimilia demonstra-
re, qualiter damnum non fuit commissum per
eum, quod accusatus ipse illius liberetur, et ac-

5
cusans eum solvat Curiae illam poenam, quam
solveret accusatus, et dicto accusato solvat ope-
ras perditas ad rationem de granis Septem
per dietam.

Statutum, quomodo duo bajuli
8. si credencarii, vel unus ipsorum cum
9. uno teste fidei credantur.

6
Item, quod in omnibus Capitulis, et Statutis in-
sertis huic quaterno, vel ordine Statutorum,
ad quorum poenas bajulus potest procedere
absque denunciatione, credantur duo bajuli
credencarii, vel unus ipsorum cum uno teste fi-
de digno, Sacramentum ab ipsorum quolibet
requirendo. Et ubi aliqua accusatio ipsius
bajuli facta esset, in legalitate, sit in provi-
sione Judicum dictae terrae, qui fuerint pro
tempore in terra ipsa, qui credat Sacramen-
to patroni, vel unius testis fidei digni.

9. Statutum, quod quilibet possit po-
nere in hannum possessiones suas.

Item quod quilibet possit ponere in hannum pos-
sessiones suas solitas defendi et labores,
coram uno de Judicibus, in quibus possint cre-
di duo bajuli credencarii, vel unus ipsorum cum
uno teste fidei digno, de cujus testis legalitate
sit in provisione Judicum, et quod possint ad

eorum libitum auferre a dicta possessione banni, at
at tamen illi auferant in Iudicio.

20.

Statutum de accusato in posses-
sione, quae possideatur a duobus,
uno tamen ipsorum accusante.

Item, si aliquis accuset aliquem in possessioni-
bus, vel arboribus, aut laboribus pro indiviso
habitis cum aliqua alia persona, quod accu-
satus solvat tantum ratam poenae pro ra-
ta parte, quam habuerit accusans in dictis
possessionibus, arboribus, vel laboribus, et non
ultra. Item etiam si aliquis habuerit sortem a-
liquam in aliqua possessione, vel labore, vel
arbore, et fuerit per aliquem alium accusatus in
dicta possessione, vel arbore, vel laboribus sor-
tem habentem, dictus accusatus ad poenam
aliquam minime teneatur. Ita tamen quod
prius requirat socium suum praedictum, quod
vadat cum eo ad dividendum infra se fru-
ctus, vel possessionem praedictam, ut facta
divisione unusquisque vadat ad ratam eius,
et expectet tribus diebus requisitum, et non
vadat ad loca praedicta causa capiendi de
fructibus absq: suo socio praedicto: qua requi-
sitione facta, et dicto triduo expectato, dictus
requirens possit ire, vel mittere quoscumq:
volue-

voluerit ad arbores, vel possessiones antedictas
absque alio metu poenae. Si vero iuerit, vel
miserit ad loca praedicta causa capiendi de
fructibus, dicta requisitione non facta, vel facta,
et ipso triduo non expectato, ad poenam tene-
atur, et arceatur, sicut esset in alienis rebus
totaliter deprehensus. Ita tamen, quod recipiat
partem suam, et non plus.

Statutum de Interfectoribus lu- 11. parum.

Item, si aliquis interfecerit lupam in teni-
mento Laurini, habeat proinde ab Univer-
sitate Laurini tarenos tres. Si vero lupum
interfecerit habeat tarenum unum cum dimi-
dio ab Univeritate iam dicta. Et si interfece-
rit Lupaculos habeat ab ipsa Univeritate pro
quolibet grano decem. Et quod dictam pecu-
niam possit excomputare facere sibi, vel aliis,
quos voluerit in rata collectarum Laurini. Et
si quis obstabit in hoc, tarenorum sex auri
poenam Curiae se noverit incursum.

Statutum de claudentibus barcos 12. fluminis magni.

Item, quod nullus claudat barcos fluminis
+ magni antiquos, et consuetos pro usibus ani-
malium, et hominum dictae Trae. Et qui

tra fecerit solvat Curiae Augustales unum,
cujus poenae tertia pars accusatori totaliter.

13. Statutum de transeuntibus per vineas, vel alias possessiones.

Item si aliquis pergeret per intus vineas, vel possessiones, vel etiam labores tempore fructus, vel tempore sterili, quacundo aliquod animal perditum per eum, quod non teneatur ad aliquam poenam, dummodo quod de fructibus possessionum, et vinearum ipsarum non capiat quovis modo. Inspiciatur conditio ipsius, quae sit in arbitrio Iudicium, si sit condemnandus, vel non.

14. Statutum de animalibus interficiendis ex necessitate, vel causa.

Item si aliquo casu vel lupi rapina contigerit alicui massario animalia aliqua mori, vel ipsa animalia necessarium sit morti tradi aliqua infirmitate sibi inhaerente, quod patronus ipsorum animalium possit vendere, vel vendicare dictum animal, nullum jus plateagii Scannagii Curiae persolvendo.

15. Statutum de possessionibus recludendis in Clausura.

Item quod omnes possessiones, in quibus sunt arbores domesticae, scilicet pironum, malorum, et his simi-

29
similes possint in clausura reduci omni tem-
pore, et defendi, prout aliae clausurae antiquae
defendentur juxta tenorem capitulorum in tali-
bus statutorum; ita tamen, quod quaelibet ipsa-
rum clausurarum sit capacitatis in seminester-
mularum quatuor, et non ultra. Et qui ultra ce-
perit, nullus solvat ibi bannum cum anima-
libus, vel personarum transeundo.

DE AERIS CONSERVATIONE

STATUTA

Statutum, quod cadavera projiciantur
in rupibus S. Petri.

16.
Et aeris conservatio, Deo propicio, in cuius
manus sunt omnia salubriter gubernetur;
Statutum, et ordinatum est per Homines Uni-
versitatis Traie Laurini cum consensu, et be-
neplacito praefati Domini eorum, quod cadava-
vera animalium, v3: equorum, seu jumentorum,
Someriorum, et Someriarum, seu canum, vel
his similitum per coriorum patronos extra-
hantur in rupibus Sancti Petri, et Jacobi Ursi,
quia fetores faciunt. Et qui hujus capituli
violator extiterit, poenam unius Augustalis
se noverit incursum, curiae commodi-
tibus applicandi; reservato dumtaxat, quod
quam cadavera dictorum animalium divi-
deren-

derentur inter aliquos pro pastu canum, quod
patronus Corii ipsius cadaveris non solum dicitur
dictam poenam, etiam tamen interiora, et residuum
de ipso cadavere in locis praedictis, vel eo-
rum aliquo extrahantur.

16.

Statutum contra illos, qui projiciunt
aquam, seu sordes per fenestras,
seu scatas.

Item statutum, et ordinatum, ut supra, quod nul-
lus, seu nulla projiciat cum vase aquam,
vel sordes per fenestram, seu scatas, quous-
que non respexerit, ne illac aliquis transeat,
et possit illum sordidare, vel mactefacere, et
qui contra hoc fecerit, poenam tarenorum
duorum Curiae se illaturum noverit, nisi
esset aliquis puer, vel puella simplex, qui de
hoc non possit astringi; de quorum simpli-
citate sit in provisione, iudicium dictae
Curiae, qui fuerint pro tempore in Terra is-
psa. Et nihilominus castigentur per pa-
rentes eorum.

18.

Statutum contra illos, qui non iur-
gant ante ostium die Sabbati San-
cti.

✱

Item